



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio
Perfectionis Libri Dvo**

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

D. O. M. Avgvstissimæ Trinitati Patri, Et Filio, Et Spiritvi Sancto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

D. O. M.

AVGVSTISSI-
MÆ TRINITATI
PATRI, ET FILIO,
ET SPIRITVI
SANCTO.



*PVSCVLVM hoc de studia
PERFECTIONIS, Tibi, tan-
quam Auctori, minima So-
cietatis tuae & seruorū tuo-
rum omnium seruus infimus
voveo, do, dico, & consecro:
cui enim dignius vel possim, vel debeam?*

*Multa accepi; pauca reddidi. En libellos
duos; minuta duo, in gazophylacium tuum,
benignissime Domine lubens depono.*

*Et quia indignus sum, qui Maieitati
tuae illud offeram; Magna Matri, Magna
Virgini, (cui secundum Te hoc opus debeo) Ti-
bi in caelis offerendum committo; in grati-
nimi significationem pro infinitis acceptis
beneficijs.*

*IN terris vero, ut solent Religiosorum
vota à Pralatis acceptari tuo nomine; huic
quoque legi me sponte submitto: atque è So-
cietatis tuae desiderio, Reuerendo Domino*

GVILHELMO LOEMELIO, antiqui
iuxta ac venerabilis Cœnobij Sancti Bertini
Abbati, (quem à primis atatis annis germa-
num S. Benedicti filium, virtutis studiosum,
honestatis & grauitatis, modestiæ ac pietatis
ornamentis, aliisque præclaris animi corpo-
risque dotibus, futuri gradus indicibus, quas
deinceps religiosis moribus, perpetua constā-
tia, ac eruditionis laude cumulauit, præstan-
tem cognoui) tuo nomine acceptandum de-
fero.

TRIBVE, Clementissime Domine, ut,
quod scripsi, primus obseruem, deinde qui le-
gerint.

Quod referam pro beneficio nihil habeo,
quod idem à te non acceperim. Reddo id om-
ne, quod dedisti: optarem plura. Te Deum a-
gnosco, & præter te nullum. Te principium
& finem omnium prostratus adoro. Tibi vni
ab omni creatura laus, honor, gloria, gra-
tiarum actio, virtus, fortitudo, Maiestas &
imperium annis perennibus. Amen.

PRÆ.